

litteris initialibus eximio artificio pictis et auratis. Pristini possessores folio 112 seq. hi memorantur: Hieronymus de Capriolo, Alouisius de Capriolo Brixensis, Hieronymus Cuterius Brixensis, Jos. Lollius Brixensis.

Buenau nr. 102. Regia D 144. Falkenstein p. 259 seq. Herschel R 140<sup>d</sup> II fol. 37.

### 165.

**Marci Porcii Catonis[!] oratio pro lege Oppia, cum glossis.**

Cod. chart. 5 foliorum in 4. in Germania a. 1516 die Georgii exaratus. Regia D 185. Falkenstein p. 260.

### 166.

**Plinii Secundi epistolarum libri VIII.**

Cod. membr. 158 foliorum in 4. maj. saec. 15. elegantissime scriptus, litteris initialibus pictis et inscriptionibus librorum atque epistolarum rubro colore exaratis. Graeca quoque verba accurate et eleganter scripta reperiuntur. Qui in hoc codice octavus dicitur liber, revera est nonus, cum desit octavus, ac leguntur in eo epistolae aliquot, quae in vulgaris ad librum I referuntur. Patet hinc librum esse transcriptum ex codice satis antiquo ac bono.

Antiquorem possessorem fortasse indicant litterae quaedam judaico-germanicae in folio albo post fol. 158, quae fere evanuerunt. Ad recentiorem spectant, quae in tegumento sunt impressae: J. F. H. 1599. Posteriorum dominorum haec est quasi genealogia: Thomas Cresse, Juris utriusque Doctor; a quo librum dono accepit a. 1613 Casp. Barthius, qui cum hanc rem in fronte tum pauca quaedam in libro ipso sua manu notavit, in quibus hoc ad Libr. VIII ep. 43 (fol. 158): „Sequens epistola est emendata et recensita lib. 126, cap. XIII (Adversariorum Barthii).“ E Barthii scriniis deinde codex migravit ad Aug. Buchnerum (cf. A. Buchner, epistolae. Fcf. et Lips. 1720. 8. p. 245 seq.), quem scripsisse putat Ebertus, quae in fronte libri leguntur: „Hic Barthii codex non est ille, qui adhibetur lib. XIX. Advers. cap. XXV.“ Buchnerus eum m. Dec. 1658 dono obtulit Henrico a Frisen. Postremo pervenit ad J. Gu. de Berger, ex cuius bibl. a. 1753 emtus est in Regiam (cf. complex. mss. Berger. p. 5 nr. 5. Libri manuscripti, et impressi collati cum MSCtis, ex bibliotheca Jo. Guil. de Berger. p. 2 nr. 13. Archiv. Biblioth. vol. 273, litt. k, nr. 1). *Clement in: Taf. 18 (1921), S. 282.*

Elect. 57<sup>b</sup>. Regia D 98. Falkenstein p. 260. Plinius, epistulae rec. H. Keil. Lips. 1870. 8. p. XIV seq. *Plini epistolarae, rec. C. P. L. Müller. Lips. 1903.—Epistolarum libri novem, rec. Max. Schneider. Lips. 1933.*

### 167. 2.

- a) C. J. Caesaris de bello Gallico libri VII, cum Hirtii octavo. fol. 1.
- b) Ejusd. de bello civili libri III. fol. 78.
- c) Hirtius, de bello Alexandrino. fol. 126'.
- d) Id., de bello Africano. fol. 142'.
- e) Anonymus, de bello Hispanico. fol. 161.

Cod. membr. 169 foliorum in 4. saec. 14. ineunte in Italia exaratus, litteris initialibus pictis. Fol. 78 initio libri I de bello civ. reperitur pictura